De quinque vulneribus xpi

Omnipotens sempiterne deus pater qui humanum genus in quinque vulneribus unigeniti filii tui domini nostri Jhesu Christi redimere dignatus es, presta supplicibus tuis ut qui eadem dirissima eiusdem dilectissimi filii tui vulnera sinceris cottidie mentibus veneramur, per preciosissimi corporis profusionem sanguinis ab omnibus corporum et animarum nostrarum periculis hic et in futuro misericordie liberemur. Per eundem dominum nostrum. **Secreta**

Omnipotens sempiterne deus hanc tibi hostiam salutiferam in honore quinque vulnerum filii tui dilectissimi sinceris mentibus ymolamus, maiestatem tuam deprecantes, ut quos venerande preciosissimo cruore unigeniti tui redimere dignatus es, a morte subitanea et perpetue dampnacionis periculo gaudeat esse securi. Qui tecum. **Complenda**

Sumptis tuis salutaribus sacramentis, omnipotens deus, in honore venerabilium quinque vulnerum unigeniti filii tui, maiestatem tuam humiliter imploramus, ut quos ipsius sanguine eiusdem filii tui redemisti, digneris ab improvisa et morte perpetua misericorditer custodire. Per eundem dominum. **Deo gracias [illegible] do**